Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



195

Vt quid quid sermone dedicemus opere
expleremus; Tollitur autem talentum et datur ei
qui decem talenta fecerunt; Intellegamur
hic et in utriusque labore aequale sit gaudium domini.
Hoc ei qui quinque indecim duplicauerat
et eius qui duo in quatuor; tamen maius
deberi premium ei qui plus in domini pecunia
laborauerat, Vnde dicit et apostolus
presbiteros honorare qui uere presbiteri sunt
maxime qui laborant in uerbo et doctrina, et eo
quod malus seruus ausus est dicere metis
ubi non seminasti et congregasti ubi non sparsisti.
Intellegimur etiam gentilium et philosophorum
bonam uitam recipere et non et aliter habere
eos qui iuste et aliter quam iniuste agant et ad
comparationem ei qui naturaliter legis seruat
condempnari eos qui scriptam legem negligant;
Omni enim habenti dabitur et ha
bundabit ei autem qui non habet et quod uide
tur habere auferetur ab eo, multi
enim sapientes sunt naturaliter et habeant

XI.